



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 4. Nonnullas ex quinque præfatis Suspensionis effectibus illationes
deduco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Secl. I. De Suspensione Recept. Sent. 267

Suspensus tamen à Sacramentorum susceptio-
ne, non incidit in irregularitatem illa suscipiē-
do. Similiter suspensus à beneficio non efficitur
irregularis fructus beneficij recipiendo.
Quia non violat Censuram per Sacri Ordinis
exercitium. Toletus lib. 1. cap. 45. Nauarr. summ.
cap. 27. num. 163. Bonacin. de Censur. disp. 3. pun-
4. num. 6. Valencia tom. 4. disputat. 7. quat. 18.
punct. 1.

¹¹ Tercius, Suspensus privatur communione il-
lorum in eo, in quo est suspensus: ita ut peccet
communicando cum alijs, & peccet etiam qui
in tali actu cum eo communicat. Quod si actus
suspensionis non pertineat ad diuinam, id est, ad
Ordinem aliquem, non est mortale, sed venia-
le ex parte participantis, cum eo communica-
re, quod intelligo de suspensio nominatim de-
nunciato, quia cooperans, & communicans
cum suspensio tolerato, seu nondum denunciato
in ijs actibus iurisdictionis, & officij, à quibus
est suspensus, mortaliter non delinquit. Toletus
lib. 1. cap. 45. num. 4. Suarius disputat. 27. se-
ction. 2. num. 7. Nauarr. summ. cap. 27. num. 162.
Henriq. l. 1. c. 33.

¹² Quartus, Acta iurisdictionis propria per
suspensum à iurisdictione, vel ab officio, nomi-
natim denunciato, sunt inualida, nisi adsit ti-
tulus coloratus, & error communis. Secus di-
xerim de actibus per suspensum, qui non est no-
minatim denunciatus: valida enim sunt, quia
ei non admittitur iurdictio. Actus etiam Ordinis,
qui non requirunt iurisdictionem ad sui
valorem, validi sunt, ut consecrare, confirmare,
benedicere altaria, &c. Suarius disputat. 25.
section. 2. numer. 2. Filliucius tractat. 17. capit. 10.
quest. 3. Henriquez lib. 13. cap. 33. num. 1. Sayr. de
suspens. c. 1. n. 15.

¹³ Quintus, Suspensio lata absolute absque li-
mitatione expressa, vel tacita suspendit abso-
lute ab omnibus, id est, ab officio, & beneficio.
Quia verba accipiendi sunt pro ut sonant, sus-
pensio vero lata cum expressione alicuius par-
ticularis effectus, extenditur ad illum effectum,
& ad ea, quae sunt illi annexa, & non ad alia.
Quia Censura efficit, quod significat, nec ali-
ter, quam significat, operatur. Quare suspensus
à celebratione, potest reliqua Sacerdotis mu-
nia praestare. Suarius disputat. 25. section. 7.
Toletus lib. 1. capit. 43. Sayrus libro 4.
capite 3. & 4. Vgolinus tab. 4. capit. 14.
Nauarr. summa capite decimo septimo, nu-
mero 160.

CAPVT IV.

Nonnullas ex quinque praefatis
suspensionis effectibus il-
lationes deduco.

¹⁴ **A** Ordine suspensus, non ob id
suspensus est à iurisdictione. Nec
contra suspensus à iurisdictione,
ob id suspensus censendus est
ab Ordine. Quia haec duo sunt
inuiem distincta, & vnum ab altero non pen-
det.


Vnde suspensus à Pontificalibus tantum,
solum suspenditur ab exercitio eorum, quae
vltim Ordinis Episcopatus concernunt, qualia
sunt confirmare, Ordines conferre, Ecclesias
consecrare: non tamen ab ijs, quae iurisdictionis
sunt, ut conferre beneficia, excommunicare,
&c. Nomine Pontificalium intelliguntur Pon-
tificia insignia, ut vltus mitra, baculi, & pallij.
Similiter suspensus à Pontificali Ordine, non
ob id suspensus est à Sacerdotio, nec ab alijs
Ordinibus. Quia Pontificalia non spectant ad
alicuius Ordinis Ecclesiastici substantiam. Sus-
pensus vero à minori Ordine, suspenditur etiā
à maiori: verbi gratia, suspensus à Diaconatu,
in Sacerdotio suspensus agnoscitur. Et similiter
suspensus ab vno Ordine, non potest ad maio-
res ascendere. Quia per saltum promotus vi-
deretur, suspensus autem à Superiori, non cen-
setur suspensus ab inferiori. Quia inferior in
Superiori non fundatur. Nauarr. summ. cap. 27.
num. 160. Suarius disputat. 26. section. 4. Fil-
liucius tractat. 17. cap. 2. question. 4. Toletus lib.
1. cap. 43. num. 2. Conarruuius in rubric. de hom.
1. part. relect. §. 1. Reginaldus lib. 32. num. 15.
Henriquez lib. 13. cap. 32. num. 12. Addo ex
Caietan. verb. *Suspensio*. Suspensum ab Ordine,
esse etiam suspensum ab ijs iurisdictionis acti-
bus, qui sunt connexi, ac fundati in Ordine, ut
est, in foro poenitentiali absolueret; non autem
ab ijs, qui connexi non sunt.

¹⁵ Suspensus simpliciter ab Officio, nulla addi-
ta limitatione, intelligitur suspensus ab officio,
non tantum Ordinis, sed etiam iurisdictionis,
id est, à potestate Ecclesiastica, quae illi compe-
tit ratione Ordinis, vel iurisdictionis. Quia
vltus Ordinis, & iurisdictionis competit ratio-
ne officij absolute prolata. Imo neque potest
Ordines recipere. Suarius disputat. 26. section.
1. Filliucius tractat. 17. num. 15. Toletus lib. 1.
cap. 43. num. 6. Non vero intelligitur à benefi-
cio suspensus. Quia cum aliquando suspensio
fiat ab officio, aliquando ab officio, & benefi-
cio, superflue adderetur secunda pars, si in pri-
ma includeretur. Sayrus lib. 4. cap. 5. num. 16.
Nauarr. summ. capit. 27. numer. 160. Henriquez
lib. 13. capit. 32. Filliucius tractat. 17. numer.
21. & 41.

¹⁶ Suspensus ab Ecclesia ingressu, privatur in pri-
mis ab actu solemnī cuiuscunque Ordinis, &
ex officio intra Ecclesiam. Quia ex quo inter-
dicitur Ecclesiae ingressus tanquam rei prin-
cipalis, censentur interdicta omnia diuina tan-
quam consequentia. Non tamen privatur pote-
state exercendi iurisdictionalia, aut eligendi,
aut celebrandi extra Ecclesiam, aut orandi in
eo tempore, quo ibi diuina non celebrantur:
aut tunc transeundi per eam, aut Ecclesiastica
Sacramenta percipiendi. Deinde privatur sepul-
tura Ecclesiastica, dummodo impenitens ille
decesserit: si tamen sic sepeliretur, non pollue-
retur Ecclesia. Nauarr. summ. cap. 25. numer. 75.
& cap. 27. num. 170. Filliucius tractat. 17. num.
32. Toletus lib. 1. cap. 43. num. 8. Syluest. verbo
Suspensio, numer. 5. Angel. verb. *Suspensio* 3.
numer. 5.

¹⁷ Suspensio ab administratione Ecclesiae in
temporalibus, & spiritualibus, prohibet admi-
nistrationem temporalem, & spirituales: non
vero suspendit ab Ordine. Vnde Sacerdos ita
suspensus non fit irregularis Missam celebra-
do:

- do: peccabit tamen conferendo beneficia, vel administrando Sacramenta. Quia hæc est actio pertinet ad iurisdictionem, seu administrationem spirituales. Toletus lib. 1. cap. 43. num. 12. Syluest. verb. *Suspensio, quaestio*. 5. Sayrus libr. 4. cap. 7. num. 6. Henriquez libr. 13. capit. 32. num. 4.
- 18 *Circa Suspendium à divinis officiis.* Suspendio à divinis officiis prohibet, ne Clerici possint in choro Psalmos recitare, interesse illis, divina officia ut Clerici exaudire. Quod si contra faciant interessendo scilicet illis tanquam Clerici, & ministri ex officio, irregulares fiunt. Si vero tanquam laici audiendo tantum, non delinquant. Bonacina *disputation*. 3. punct. 2. num. 16. Filiucius *tractat*. 17. num. 33.
- 19 *Circa Suspendium à Beneficio.* Suspendio à Beneficio simpliciter, est privatio usus iuris ad recipiendum temporale emolumentum fructuum, cuiuscumque generis, conditionis, & qualitatibus illi sunt, & quocumque nomine beneficium vocetur. Quia beneficium in latiori significatione acceptum complectitur omnia beneficia. Suarius *disputation*. 27. section. 1. Vgolin. *tab. 4. cap. 8. §. 6.* Toletus libr. 1. cap. 43. num. 7. Adnoto tamen, suspendium à beneficio non intelligi suspendium ab officio, etiam officium ei ratione beneficii competat. Quia in materia poenali extensio facienda non est. Et suspendium à beneficio posse percipere distributiones, quæ dantur iis, qui divinis officiis interfunt, modo non dentur beneficii intuitu: cuiusmodi sunt illæ, quæ dicuntur anniverfaria aut Missarum stipendia. Et suspendium à beneficio in patrati delicti poenam tradendam esse fructuum portionem ad congruam sustentationem sufficientem Superioris taxandam auctoritate, quoties suspendio ab homine per sententiam fuit lata: quando vero suspendio lata fuit à iure, nec delictum ad forum contentiosum deductum, portio fructuum potest prudentis viri arbitrio taxari. Si vero suspendio est lata pro contumacia, suspendio non est alendus beneficii fructibus. Quia suæ prave voluntati tribuitur, quæ durante, iuste ea incommoitate afficitur. Filiucius *tractat*. 17. num. 44. Sayrus libr. 4. cap. 5. num. 11. Lege c. *Pastoralis*, §. *Verum*, de appellat.



CAPVT V.

De Suspensionis Duratione.

20 *Suspensio absolute prolata durat, donec per absolutionem auferatur. Secus si tempus determinetur.*



I Suspendio feratur simpliciter, & absolute absque conditione, ac limitatione temporis, durat, donec auferatur per absolutionem. Si vero lata sit cum temporis determinatione, durat intra tempus determinationis, & eo tempore elapso cessat. Quia Censura non ligat ultra conditoris voluntatem. Unde qui suspenditur ab officio per mensem, non poterit intra mensis spatium officium exercere, incipiendo ab eodem die, seu puncto, quo lata est suspensio, quæ secum trahit executionem, & afficit in continenti. Vgolin. *tab. 4. cap.*

15. §. 3. Sayrus libr. 4. cap. 8. num. 2. Filiucius *tractat*. 17. num. 48. Suarius *disputation*. 26. section. 1. num. 17. & *disputation*. 27. section. 1. num. 23.

Porro suspensio ab officio lata simpliciter absque loci determinatione, pro omni loco valet. Quia suspensio est censura, quæ sequitur pliusculi suspendium ubicumque addit. Et licet Prælati suspensio non possit obligare extra territorium per statutum, aut legem: tamen per præcepta particularia, quæ imponuntur personis, & immediate eas respiciunt, potest etiam easdem extra territorium obligare. Idem dixerim de suspensione simpliciter à beneficio absque loci determinatione. Suarius *disputation*. 26. section. 1. num. 11. & *disputation*. 27. section. 1. num. 17. Filiucius *tractat*. 17. num. 47. Bonacina *disputat*. 3. punct. 2. num. 7.

Si feratur in poenam poenæ potest tribus modis auferri. Primus est, per temporis lapsum, si enim lata est ad tempus determinatum, ut annum, vel mensem, &c. solo temporis lapsu cessat, nec opus est alia absolutione. Secundus, per dispensationem Superioris; si enim lata sit ad certum tempus, vel etiam in perpetuum ab eo poterit, nondum tempore elapso, tolli. Tertius per absolutionem, quando est lata simpliciter in poenam sine ulla temporis limitatione. Si vero feratur cum conditione, Donec satisfeceris, exhibita satisfactione cessat. Nauart. *summ. cap. 27. num. 161. & 163.* Suarius *disputation*. 29. section. 1. Toletus libr. 1. cap. 26. Manuel. *summ. tom. 2. cap. 69.*



CAPVT VI.

De Suspensionis Absolutione.



BSOLVTIO Suspensionis ab homine ad eum qui tulit sententiam, pertinet, vel ad successorem eius, vel ad Superiorem. A suspensione in poenam absolueri possunt priuilegiati Mendicantes ex concessione facta nostræ Societatis Patribus à Paulo III. Ex potestate verò Ordinaria, quando suspensio lata est ad certum tempus, vel in perpetuum, potest tantum auferri à Canonis auctore. Quia quando fertur in purâ poenam, cum stabilitate feratur, & virtualiter auctor Canonis sibi reservat. Nec est similis ratio de excommunicatione, à qua potest absolueri inferior, nisi sit à Conditor Canonis reservata. Quia suspensio lata in poenam poenam, non auferitur per absolutionem sed per dispensationem: dispensatio autem ex sua natura reservata censetur, nisi expresse concedatur. Nauart. *summ. cap. 27. num. 162.* Compend. privileg. Mend. verb. *Absolutio*, quoad *secul. Gloss. ad cap. Cipientes*, de elect. in 6. Suarius *disputation*. 26. section. 1. num. 15. Filiucius *tractat*. 17. num. 68. Bonacina de *suspensionibus* ultim. num. 6. Toletus libr. 1. cap. 46. num. 3.

Suspensio